AMBROSIUS MEDIOLANENSIS
Österreich, 12. Jh. Seite 39r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26265
Copyright: Admont, Benediktinerstift



consilium. Non enim paciuntur angustias nisi
imperfecti. Sed et si quis ecclesiam nolens grauare
in sacerdotio aliquo constitutus aut ministerio.
non totum quod habet conferat. sed operetur cum hones
tate quantum officio satis est. non michi imperfectus
uidetur. Et puto quod hic angustiam non animi.
sed rei familiaris dixerit. De personis autem puto dic
tum ut uestra habundantia sit ad illorum inopiam. et il
lorum habundantia ad uestram inopiam. id est ut
populi habundantia sit bone operationis ad illorum
subleuandam alendi inopiam. et illorum habundan
tia spiritalis adiuuet in plebe inopiam merti
spiritalis. et conferat ei gratiam. Vnde exemplum po
suit optimum. qui multum non habundauit. et qui
modicum non minuit. Bene hortatur ad officium
miscendie omnes homines istud exemplum. quo
et qui plurimum auri possidet non habundabat.
quia nichil est quicquid in hoc seculo est. et qui exiguum
habet non minuit. quia nichil est quod amittit.
Res sine dispendio est. que tota dispendium est.
Est etiam sic intellectus bonus. Qui plurimum
habet. et si non donat non habundat. quia quan

de officio mi
sericordie